

**www.e-rara.ch**

**[De vita libri tres (De triplici vita)]**

**Ficinus, Marsilius**

**[Basel], [um 1497]**

**Universitätsbibliothek Basel**

Shelf Mark: UBH Aleph B VI 8:3

Persistent Link: <http://dx.doi.org/10.3931/e-rara-9349>

Marsilii Ficini Florentini in librum de vita ad magnanimum Laurentium Medicen patriae servatorem: prologus

---

**www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

## Prologus:

**M**arsilij Ficinij Florētini in libꝝ de uita/ad magnani-  
mum Laurētij Medicen patriā seruatorē: Prologus.

**B**acchum poetæ summū antistitē sacerdotū bis  
natū canūt. Forte significātes/ uel futurū sacer-  
dotē statim inītiatū/ oportere renasci: Vel per-  
fecti tandē sacerdotis mentē deo penitus ebriā/ iam ui-  
deri renatam: Aut forsan humiliore sensu/ uinū Bacchi  
germē generari semel i uite quasi Semele/ maturis sub  
Phœbo racemis: regenerari rursū post ipsum uinde-  
miā fulmen in suo uasē uinū: uelut in Iouis femore me-  
rum. Sed de sacris in præsentiā mysterijs nō est loquen-  
dum: ubi mox physica potius opē languētibus opitula-  
turi sumus. Nec agendū stilo grauitatis seruo: sed libe-  
ro potī & iocoso: postq̃ a Libero patre nescio quomō  
statim exorli sumus. Et recte inquā nescio quomō: Nā  
forte prudentior aliq̃s a Phœbo medicorū primo/ potī  
us q̃s a Baccho medicinā auspīcatus esset. Quid uero?  
Si quod nō uanū omen sit i ore nunc forte quadā profe-  
rente Bacchū. Hic enim almo quodā uīno securitateq̃  
lætissimā/ salubrius forte medetur/ q̃s herbis ille suis car-  
minibusq̃ Phœb⁹. Quocūq̃ uero sensu uel illa uel hac  
accæperis/ dux ille sacerdotum Bacchus/ geminas quasi  
matres habuisse fertur. Melchisedech autē summus ille  
sacerdos/ unā uix matrē/ unū uix patrem habuit. Ego sa-  
cerdos minimus/ patres habui duos: Ficinū medicum/  
Cosmū medicen: Ex illo natus sum: ex isto renatus. Ille  
quidē me Galieno: tum medico/ tum Platonico cōmen-  
dauit: Hic autē diuino consecrauit me Platoni. Et hic si-  
militer atq̃ ille Marsilium medico destinauit. Galienus  
quidē corporū: Plato uero medicus animorum. Iandiu  
igitur sub Platone salutarē animorū exercui medicinā:  
Quādo post librorū omniū eius interpretationē/ mox  
decē atq̃ octo de animorū imortalitate libros/ & æter-  
na foelicitate cōposui: ita pro uiribus patri meo medici  
satisfaciēs. Medico uero patri/ satis deinceps faciendū

## Prologus.

putans librū de litteratorū ualitudine curāda cōposui.  
**D**esiderabant præterea post hæc homines litterati/non  
tantū bene quadoq; ualere: sed etiā bene ualētes/diū ui/  
uere. **H**is ergo deinde librū de uita lōga dedi. **D**iffide/  
bant autē medicinis atq; remedijs in re tanta terrenis:  
**A**d iunxi librū de uita/tum ualida/tum lōga cœlītus cō/  
paranda: ut ex ipso mūdi corpore uiuo/uita quædā ue/  
getior in corpus nostrū quasi quoddā mundi membrū/  
uelut ex uite ppagaretur. **H**is uero tu medicinæ libris  
ignosce precor indulgētissime **L** Laurenti: si dum medi/  
cus esse uolo: nescio quō etiā nolens sum & si nō bonus  
sape poeta. **N**am & **P**hœbus idē est medicinæ rector/  
poetisq; magister: uitāq; ille suā nobis non tam per her/  
bas q̄ per citharā cantūq; largitur. **I**psa quinetiā **V**enus  
apud astrologos/musicū æque parit/& medicū. **S**ed hæ/  
cenus dum litteratorū ciuiūq; similiū uitā curiosius cō/  
sulo/librorū meorū salutē ne gligo: q̄ diū inter se patior  
esse seiunctos. **Q**uāobrē in eos nūc primū pius/in cor/  
pus unū copulo. **C**uius artubus in unā formā iam cōpa/  
ctis/uita ptinus adsit. **N**on potest autē hoc opus physi/  
cum/id quasi corpus meū/uitā accipere/nisi meā. **E**ius/  
modi uero uita ex mea dūtaxat pendet anima. **H**æc au/  
tem iā diu penes te magnanīme **L** Laurēti mi patrone ui/  
uit: in ea præsertim amplissimarū ædiū tuarū parte: ubi  
una cū **P**latōe/nostrū illud de animorū immortalitate ser/  
uatur opus/tuo iam pridē nomini dedicatū. **A**t animus  
iste meus: & si in beata quadā quasi patria penes te uita  
agit/uerūtamen/quod & theologi uolunt/inquietus est  
interea/donec opus id physicū tanq; suū corpus accipi/  
at. **A**ccipe igitur optime **L** Laurenti/post illos de anima/  
hos etiā de corpore libros: eodēq; afflatu/quo & illis du/  
dum fœliciter his aspira. Ita enim & corpus hoc sub tuo  
spiritu/per suā uiuet animā:& animā uicissim nostra cū  
hoc iam suo corpore in tuis laribus cōquiescet.